



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXI. Die Ritter Gebhard und Heinrich von Alvensleben überlassen das Dorf Böddenstedt der Stadt Salzwedel, am 26. August 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXX. Die von Alvensleben verzichten gegen das Kloster Schönningen auf den fernern Genuß des Zehnten zu Söllingen, am 3. August 1319.

Nos Fredericus, Gheuehardus et Heynricus, milites, de Aluensleue, recognoscimus presentibus lucide protestantes, quod nos ab honorabilibus viris sine dominis preposito et conuentu S. monasterij beati Laurentij in Scheninge emimus fructus totalis decime in campis Solinghe, exempta decima animalium, que vulgariter Smal thegede dicitur, fructus hujusmodi decime XI annis sustulendos, quos fructus sex annis sustulimus, fructus vero quinque residuorum annorum pretaetis dominis preposito et conuentui vendendo dimisimus pro LXXX marcis argenti Stendal. Nichilominus nos et nostri heredes legitimi supra hujusmodi decima atque fructibus renunciationem sine repudium facimus predictis in sepedicta decima in nullo impediendo. Preterea nos Fredericus, Gheuehardus et Heynricus prefati protestamur, quod nos quemcunque vel quoscunque qui hanc decimam a predictis emendo comparauerint in nullo impedire volumus sed magis promouere. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris sigillis fecimus sigillare. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XIX^o. in crastino Beati Stephani.

Gercken's Dipl. II, 439. 440.

XXXI. Die Ritter Gebhard und Heinrich von Alvensleben überlassen das Dorf Böddenstedt der Stadt Salzwedel, am 26. August 1321.

Nos Geuehardus et Henricus de Aluensleue, milites, recognoscimus presentibus omnibus prefens scriptum visuris cupimus et volumus esse notum, Quod nos honorabilibus viris et discretis Consulibus civitatis Soltwedele presenti littera resignamus villam Bodenstede cum omnibus prouentibus, fructibus et redditibus, iurisdictione atque iure eiusdem ville, sicut ea villa iure hereditario per nostros parentes salutaris recordationis hereditata in nos deuoluta exstitit et sicut eam villam habuimus usque in hunc diem, facientes presentibus refutationem super prefata villa, redditibus et prouentibus uniuersis. In huius rei euidenciam presentem litteram nostris sigillis fecimus roborari. Datum Veuelinge, anno domini M^o. CCC^o. XXI^o. quarta feria post festum Bartholomei apostoli.

Gercken's Dipl. I, 306. 307., Cod. VIII, 456.